



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

S. Bernardinus Senensis, num. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

XVIII.

B. BERNARDINVS SENEN-
sis Ordinis Minorum.

17 S. Bernardinus Senensis ex ordine Mi-
noū diuini verbi cōcionator & ta-
tis suæ celeberrimus, pietatisque erga
sanctissimum nomen Iesu apud popu-
lum excitandæ studiosissimus, Matrem
Iesu singulari amore colebat: cum enim
vitam adhuc ageret in seculo, inter &
quales suos omni pudicitia, & morum
honestate (qualem decet esse Deiparae
alumnum) erat conspicuus; imaginem
que Virginis supra ciuitatis Senensis
portam, quam dicunt Camolliae, ele-
gantissime depictam per mullos annos
quotidiè inuisebat, ac flexis, nudis-
que genibus preces Virgini offerebat;
quam vnicè se diligere in quas spes suas
collocasse, & per eam se Dei gratiam,
& misericordiam, quam præcipue ex-
petebat, sperare profitebatur. Post su-
ceptum vero religiosæ vitæ habitum
ad eandem imaginem non raro acce-
debat.

Coronam beatæ Virginis quotidiè mi-
ra cum animi pietate recitabat; eaque
de causa magnis à Deipara est donatus

E 4 benefi-

Pelbartus. beneficijs; quod Pelbartus in Stellario
libr. 2. part. 2. artic. 3. agens de corona

S. Bernar-
dino Se-
nensi coro-
nam reci-
tanti Des-
para ap-
paret.

Plurima
in eundem
miracula
confer.

beneficijs; quod Pelbartus in Stellario
libr. 2. part. 2. artic. 3. agens de corona
Virginis testatur his verbis: *Cum ista co-*
rona in usum plurimorum venisset S. Ber-
nardinus de Senis Ord. Min. de Observ. quo-
tidie eam ob devotionem Virginis perora-
bat: cui die quadam oranti ipsam coronam,
apparuit beata Virgo dicens: O mi deuon-
famule multum mihi complacui in tua de-
uotione, ecce quia me hac corona quotidii
honorasti, impetraui a filio meo tibi gratii
miracula faciendi, & praedicandi: & tan-
dem scias in caelo mecum sine fine latatu-
rum, participem meorum gaudiorum, &
sic ab illo tempore cœpit Sanctus miraculu-
moseare, & gratus gratijs abundare. ita
Pelbartus.

Idem quoque Pelbartus artic. 2. dixe-
rat rescitum fuisse à sanctis Fratribus so-
cijs S. Bernardini Senensis ipsum dum
viueret, dicere solitum: *Omnem gratiam,*
quam haberet, vel habuisset, se acquisisse,
& obtinuisse per deuotam recordationem
gaudiorū beatæ Virginis, in quorū memoriā
quotidiè Coronam recitabat. hæc sanctus
Bernardinus ex Pelbarto, qui ex tempo-
rum supputatione potuit optimè hæc
acepisse à socijs sancti Bernardini, qui
obijt anno 1441.

Quare mirum non est, si de eadem
Virgine

Virgine deuotissimè libenter, & feruen-
ter conciones ad populum habebat,
quod non solum vitæ eius auctor, qui
eum concionantem audiuit, testatur
apud Surium tomo 3. verūm etiam plu- *Surius.*
rimæ eius conciones, quæ impressæ vi-
suntur, easque sæpè in hoc opere citaui-
mus, apertè declarant; in quibus solli-
dis ratiocinationibus, & ad rigorem
theologicum elimatis ita piè, doctè, ac
subtiliter de Virginis præstantia loqui-
tur, ut in illis neque pietas, neq; eruditio
vlla ex parte desideretur.

XIX.

B. LAURENTIVS IVSTINIA-
nus Patriarcha Venetus.

B. Laurentius Iustinianus sermon. de
Natiuit. Virg. Deum, inquit, vene-
remur in Matre, & matrem honoremus in
filio, quatenus filium Genitricē interpellan-
te pro nobis, vincamus mundum, diabo-
lum superemus, renitamur tentationibus,
consequamur gratiam, adipiscamur
coronam, atque in regnum
introemus aeternum.
hæc ille.